

1530.

Petrus Tomicius Episcopus Grauoni-
ensis vire Canellarius Luce de Gorca
Castellano Romanensi Capitane
maioris Colonia —

Magnifici Domine Domine et frater hono-
randissime. Nihil opere et diligentia pre-
ternisi, in impetrandis et maiestate Regia
eiusmodi literis, quales ad serenissimum
Regem Ferdinandum scribi in negotio
suo magnificentia vestra optavit, quas
impetratas et cum diligentia scriptas,
magnificentia vestra cum Brarentibus
mitto. Brarentia etiam mitto et meas
quas ad Dominum Joannem Dantiscum
Episcopum Culmensem sicut volebat
magnificentia vestra scripsi. Hic apud
nos nihil in novis habetur namque
omnia que huc solebant afferri, isthuc
primum Romaniam, veluti ad fons-
tem omnis spei, hoc tempore dirigun-
tur, unde post modum derivata huc
ad Cognitionem nostram perveniunt.
Quare expectamus, inde aliquem bonum
de Pace et Concordia nostram pro-
qua semper ego Dominum Deum
indignus oro, Intelligo enim illa non

secunda
D

seuta miseram Christianorum vitam
et Conditionem futuram).

Cum iret pridem ex illa istae in
maiorum Solomiam uxor fratris mei
defuncti; cum matre sua Domina chie:
Muka raptata est in itinere, prope Thuschin
per quendam Dumin Scupevum admodum
nobilem cum quo nescio quam noticiam
contraderat estate praerita in nuptiis
apud Dominum Sakortawili an vero idem
Dumin raperit illam et secum abduxit
cum voluntate illius nec ne scire hacten-
us non potui, postea quam vero de hoc
factus fuero certior, significabo id vestige
vestra maiestati & aliis Dominis amicis
meis, petiturus ab illis in tanto casu,
Consilium et auxilium, commendo me
amori et benivolentiae fraternae ma-
gnificentiae vestrae quam sanam sal-
vam et incolumem semper esse vehe-
menter desidero.